

# Diplomatari del Mas Can Fatjó del Molí de Cerdanyola

## ***Seminari permanent de Paleografia***<sup>1</sup>

*Responsable i coordinador: Avel·lí André i Gabian*

*Membres del Seminari: Araceli Coll, Carles Raurell, Enric Ximenis, Ferran Manau, Isabel Lobo, Jordi Padró, Josep Climent, Maria dels Àngels López, Miquel Domingo, Pedro Plaza, Pilar García, Puri Fernández, Raimon Jordi, Rita Armejach, Rosa Salvador i Tomasa Mayordomo*

**Resum:** L'estudi present se centra en la transcripció de la documentació de l'Arxiu Parimonial del Mas Can Fatjó del Molí, de Cerdanyola.

**Paraules clau:** Mas Can Fatjó del Molí, Cerdanyola, paleografia, diplomatari.

**Resumen:** El presente estudio se centra en la transcripción de la documentación del Archivo Patrimonial del Mas Can Fatjó del Molí, de Cerdanyola.

**Palabras clave:** Mas Can Fatjó del Molí, Cerdanyola, paleografía, diplomatario.

**Abstract:** The present study focuses on the transcription of documents of the hereditary archive of Mas Can Fatjó del Molí, in Cerdanyola.

**Keywords:** Mas Can Fatjó del Molí, Cerdanyola, Paleography, diplomatarium.

**Résumé:** La présente étude porte sur la transcription de la documentation des Archives Patrimoniales du Mas Can Fatjó del Molí, à Cerdanyola.

**Mots-clés:** Mas Can Fatjó del Molí, Cerdanyola, paléographie, diplomataire.

---

1. La tasca en equip és la nostra característica més remarcable; per això, presentem en primer lloc la composició del Seminari (*seminarium* < *semen* = 'viver, planter, criador; font, niu; principi').

## PRESENTACIÓ DE LA 3A APORTACIÓ DEL IV PROJECTE

Aquesta 3a aportació del nostre IV Projecte, dedicat al Diplomatari del Mas Can Fatjó del Molí, de Cerdanyola, el qual consta de 40 manuscrits, només conté aquesta vegada 7 documents (números 19 al 25), per circumstàncies molt diverses esdevingudes durant l'actual curs 2017-2018. L'assiduitat ha baixat de manera alarmant. Hem hagut de suportar algunes sessions amb una presència d'assistents mínima o pràcticament testimonial. A més, alguna sessió no es va poder celebrar, per motius imprevistos.

La temàtica dels presents documents tracta de 2 vendes, 3 testaments, 1 època i 1 donació a una filla per raó d'heretament i noces amb un mestre de cases d'origen francès.

Atenent un suggeriment que se'ns va fer des de *Paratge*, en el sentit que podríem ser autosuficients i elaborar nosaltres mateixos els petits esquemes genealògics de cada document, els quals sempre havien estat a cura del president Juanjo (excepte els del més recent *Paratge 30*, que no es van poder fer per manca material de temps), aquesta vegada en Josep Climent ha estat l'encarregat d'extreure aquests esquemes genealògics i, al mateix temps, en Carles Raurell ha tingut l'encàrrec d'elaborar l'*Index nominum*, tal com s'assenyala en cada cas.

## MANUSCRIT 19

1515, febrer, 21

*Narcís Fatjó, de Sant Martí de Cerdanyola, amb el consentiment de la seva muller Elisabet i dels fills Esteve i Antònia, ven a Joan del Casso, àlies Molins, pagès de Caune (França), una gran peça de terra, parcialment dedicada a conreu, sota domini dels hereus de Francesc Fatjó, als quals paga un cens anyal de cinc sous barcelonesos. En el preu de venda de vint lliures barceloneses s'inclouia el mas Sabater.*

*A. Original: APMCFM, doc 19. Pergamí, 330 × 400 mm.*

*Estat de conservació: Força bo.*

*Not. dors.: Venda de una pessa de terra feta per Narcís Fetjó á favor de Joan del Casso alias Molins á 21 de febré de 1515. Carta de venda de vna pessa de terra feta a Johan del Casso alias Molins per Narcís Fetgó. Pecia terre magna. N<sup>o</sup> 6. N<sup>o</sup> 24.*

<sup>1</sup> In Dei nomine. Nouerint vniuersi quod ego, Narcisus Fetgo, parrochie sancti Martini de Sardanyola, diocesis Barchinone, gratis et de mei certa sciencia, per me et omnes heredes et in futurum successores meos quoscunque, vendo et, ex causa <sup>2</sup> vendicionis, concedo vobis, Iohanni del Casso, alias Molins, cultoris parrochie de Cauna, diocesis de Achs, regni Francie, pro nunc, vero, conmorans in dicta parrochia sancti Martini de Sardanyola, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, <sup>3</sup> quandam magnam peciam terre, partim hermam et partim cultam, cum introhitibus, exitibus, iuribus et pertinensis suis, quam habeo et possideo in dicta parrochia de Sardanyola, termini sancti Marcialis; et ipsam teneo titulo emptionis per <sup>4</sup> me facte a Iohanne Paris, dicte parrochie de Sardanyola, tanquam heredi Iohannis Paris, quondam, patris sui, vt constat per instrumentum actum et receptum nona die nouembris, anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo decimo, in posse nota- <sup>5</sup> rii infrascripti; qui, scilicet, Iohannes Paris dictam peciam terre emerat ab honorabili Petro Marra, mercatori ciui Barchinone, vt constat de dicta vendicione in posse discreti Gualserandi Balaguer, notarii publici ciuitatis Barchinone, <sup>6</sup> facte Barchinone, vicesima quarta die mensis febroarii anni millesimi quadringentesimi octoagesimi tercii. Et ipse Petrus Marra eam possidebat titulo stabilicionis eidem facte per Franciscum de Fetgone, dicte parrochie de Sardanyo- <sup>7</sup> la, vndecima die mensis aprilis, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto,

et clauso siue subsignato per discretum Guabrielem Deuesa, notarium publicum Barchinone. Quam, quidem, magnam /<sup>8</sup> peciam terre habeo et possideo in dicta parrochia et que fuit de pertinenciis dicti mansi Francici de Fetgone, quondam, et tenetur per heredes eiusdem mansi Francici de Fetgone, ad census quinque solidorum Barchinonensium, anno quolibet soluendorum, in /<sup>9</sup> festo sancti Iohannis mensis iunii, in nuda, tamen, percepcione. Et ipse, scilicet, Franciscus Fetgo tenebat per magnificum Bernardum Geraldum de Marimon, militem, dominum dicti castri sancti Marcialis, et sub dominio et alodio ipsius, pro- /<sup>10</sup> vt ego nunc teneo. Et terminatur dicta pecia terre, quam vobis vendo: ab oriente et a circio, in tenedone Francisci Caluet, dicte parrochie, quodam torrente quod ibi est mediante; a meridie, cum honore mansi Rocha, quon- /<sup>11</sup> dam, cum instrumento, die presenti, in posse notarii infrascripti, vobis vendidi, dicto torrente mediante; ab occidente, in honore mansi Sabater, qui similiter cum alio instrumento, die presenti, in posse notarii infrascripti, recepistis /<sup>12</sup> vos, mediante dicto torrente, qui ibi est. Hanc, autem, vendicionem et, ex causa vendicionis, concessionem facio ego, dictus Narcisus Fetgo, vobis, dicto Iohanni del Casso, alias Molins, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, ... /<sup>13</sup> sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque saluamentum, sanum bonumque intellectum. Et extraho predicta, que vobis vendo, de iure, dominio et posse mei et meorum eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque ius, domi- /<sup>14</sup> nium et posse mitto et transfero irreuocabiliter, pleno iure, ad habendum, tenendum omnique tempore paciffice possidendum et, deinde, vestras vestrorumque voluntates libere faciendum, sine contradictione et impedimento mei /<sup>15</sup> et meorum et alterius cuiuscunque persone. Promittens dare possessionem corporalem, seu quasi, predictorum, que vobis vendo, vobis aut cui volueritis, loco vestri, et in ea possessione vos et vestros facere existere, perpetuo, potio- /<sup>16</sup> res. Vel vos aut vestri, si volueritis, firmato, tamen, primitus presenti instrumento, domini[ ] racione, possitis et valeatis ipsam possessionem libere haphendere et aprehensam penes vos et vestros licite retinere. Que possessio, cum per vos /<sup>17</sup> vel vestros aprehensa fuerit, vigore horum verborum et iuris dispositione, tantum valeat et tantum obtineat roboris firmitatem, quantum valeret et obtineret, ac si per me tradita esset corporaliter et de facto. /<sup>18</sup> Ego, enim, sciens illum de iure possidere cuius nomine possidetur, interim, donec dictam possessionem vobis tradidero vel vos aut vestri eam aprehenderitis, vt est dictum, fateor et constituo me predicta, que vobis vendo, /<sup>19</sup> pro vobis et vestris vestroque et eorum nomine, tenere et possidere, seu quasi. Preterea, ex causa huiusmodi vendicionis, do, cedo et mando vobis, dicto emptori, et vestris omnia iura omnesque actiones, reales et personales, mixtas, vtiles /<sup>20</sup> et directas, ordinarias et extraordinarias et alias etiam quascunque michi competencia, competentes competereque debentia et debentes, in predictis, que vobis vendo, et contra quascunque personas et res, racione et occasione earundem. Quibus /<sup>21</sup> iuribus et actionibus supra dictis, possitis vos et vestri et quos volueritis vt et experhiri, agendo, scilicet, respondendo, deffendendo, expiando, proponendo et replicando et omnia et singula alia faciendo et libere exercendo, in /<sup>22</sup> iudicio et extra iudicium, quecunque et quemadmodum ego facere poteram, ante presentem vendicionem iuriumque et actionum çessionem, et possem nunc et postea etiam quandocunque. Ego, enim, facio et constituo vos /<sup>23</sup> et vestros et quos volueritis in hiis dominos et procuratores, vt in rem vestram propriam, ad faciendum inde vestre libitum voluntatis. Saluis, tamen, in et super predictis, que vobis vendo, dicto Francisco de Fetgone et suis inde /<sup>24</sup> heredibus et seu successoribus, dicto censu dictorum quinque solidorum et, alias, firma et fatica triginta dierum et iure retinendi tantum et emparam fructuum pro dicto censu habendo et saluo etiam, tam, super predictis, que vobis vendo, dicto /<sup>25</sup> censu dictorum quinque solidorum, quam etiam, super dicto manso dicti Francici Fego, de cuius pertinenciis fuit dicta pecia terre et aliis terris, honoribus et possessionibus eiusdem, çensu, iure, dominio, firma et fatica triginta dierum /<sup>26</sup> eo honorabili Bernardo Geraldo de Marimono competenti. Precium, vero, predictorum, que vobis vendo, vna cum dicto manso Sabater, fuit et est viginti librarum Barchinonensium, de quibus fuit facta mensio instrumento vendicionis dicti mansi /<sup>27</sup> Sabater, quem die presenti cum alio instrumento vobis vendidi, in posse notarii infrascripti. Et, ideo, renunciando legi, qua deceptis vltra dimidiam iusti precii subuenitur, et exceptioni doli mali et actioni in factum /<sup>28</sup> et omni alii iuri, vsui,

racioni et consuetudini contra hec repugnantibus seu repugnare valentibus quouis modo, dono scienter et remitto vobis, dicto emptori, et vestris, donacione pura et irreuocabili inter viuos, si quid <sup>/29</sup> predicta, que vobis vendo, plus modo valet aut a modo valebit precio supra dicto; insuper, ego, dictus Narsisus Fetgo, conuenio et bona fide promitto vobis, dicto emptori, et vestris et quibus volueritis quod predicta, que vobis vendo, <sup>/30</sup> simul cum omnibus melioramentis et augmentis, que vos et vestri ibi feceritis, faciam vos et vestros et quos volueritis habere, tenere et in sana pace perpetuo possidere, contra omnes personas; et quod tenebor vobis et vestris semper <sup>/31</sup> de firma et legali euictione et legitime deffencione eorundem et iuxta pactum inter vos et me inhitum et conuentum, in hunc, videlicet, modum: quod, si forsan aliqua vel alique persone, aliquo vnquam tempore, facerent, proponerent <sup>/32</sup> vel mouerent aut interponerent contra vos vel vestros in hiis successores actionem aliquam, petitionem vel demandam, littem vel controuersiam, de iure vel de facto, aut alias quouis modo, in iudicio vel extra <sup>/33</sup> iudicium, in predictis, que vobis vendo, aut aliqua eorum parte vel racione aut occasione eorum, conuenio et vona (*sic*) fide promitto vobis, dicto emptori, quod in continenti, [cum ego] a vobis vel vestris fuero requisitus seu mei <sup>/34</sup> fuerint requisiti, opponam me et oponent se deffencioni vestri et vestrorum in hiis successorum. Et respondebo et satisfaciam respondebuntque et satisfacient pro vobis et vestris, videlicet, inde querelanti seu querelantibus. <sup>/35</sup> Et quod, in principio littis seu littium, suscipiam in me, suscipient in se totum onnus littigii. Et quod aguam (*sic*) agentque et ducent ipsam causam seu causas meis et ipsorum propriis missionibus, sumptibus et expensis, a principio <sup>/36</sup> vestrorum littium vsque in finem inclusiue. Vel vos aut vestri, si volueritis, possitis et baleatis (*sic*) ipsas causam seu causas agere et ducere per vos ipsos et hoc sit in electione vestri et vestrorum. Ego, enim, remitto vobis et vestris, ex pacto necessari- <sup>/37</sup> tatem denunciandi et apellandi et, si vos vel vestri eligeritis ipsas causam seu causas agere et ducere per vos ipsos, conuenio et bona fide promitto vobis quod ego et mei restituemus, soluemus et emendabimus restituent- <sup>/38</sup> que, soluent et emendabunt vobis et vestris, ad vestram et eorum voluntatem, indilate, omnes et singulas missiones, expensas, sumptus, dampna et interesse, que circa littem seu lites et extra littem seu lites fient, et totum <sup>/39</sup> id, quitquit et quantum a vobis vel vestris euictum fuerit de predictis, simul cum omnibus dampnis, missionibus et interesse, que inde vos vel vestri feceritis et sustinueritis quoquo modo, siue obtineatis in causa seu causis siue etiam subcumba- <sup>/40</sup> tis in eisdem. Et quod, alias, super predictis omnibus et singulis, seruabo vos et vestros penitus sine dampno. Super quibus, quidem, missionibus, sumptibus, dampnis et interesse predictis credatur vobis et vestris, vestro et eorum <sup>/41</sup> plano et simplici verbo, nullo alio ex pacto prouacionum genere requisito. Et, pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, tenendis et obseruandis, obligo vobis et vestris omnia et singula bona <sup>/42</sup> mea, mobilia et inmobilia, habita vbique et habenda. Renunciando, quantum ad hec, beneficio nouarum constitutionum et diuidendarum actionum et epistole diui Adriani et omni alii iuri, vsui, racioni et consuetudini con- <sup>/43</sup> tra hec repugnantibus, tam canonico quam ciuili, quo vel quibus mediante, contra predicta se iuari possent deffendere seu tueri. Ad hec, nos, Elisabet Fetgona, vxor dicti Narcisi Fetgo, Stephanus <sup>/44</sup> Fetgo et Anthonia, filii dictorum coniugum, laudantes, aprobantes, ratifficantes et confirmantes vobis, dicto Iohanni del Casso, alias Molins, emptori, et vestris in hiis successoribus vendicionem predictam per dictum Narcisum <sup>/45</sup> Fetgo, maritum et patrem nostrorum, vobis supra factam de predictis, et obliguacionem etiam per ipsum factam, de omnibus bonis suis, pro euictione et rathabitione predictorum per vos emptorum, et omnia alia et singula supra dicta et eisdem <sup>/46</sup> vendicioni et obliguacioni ac aliis omnibus et singulis supra dictis expresse concensientes, prout melius et plenius superius continetur. Gratis et ex certis nostris scienciis, conuenimus et promittimus vobis, dicto emptori, et vestris in hiis <sup>/47</sup> successoribus, sub bonorum nostrorum, autem, obliguacione, quod contra predicta vel aliquod predictorum nunquam veniemus nec supra dictis per vos emptis nunquam faciemus, proponemus seu mouebimus aut inferemus seu inferi faciemus <sup>/48</sup> nec concenciemus etiam inferenti contra vos vel vestros in predictis successores actionem aliquam, questionem, petissionem vel demandam, littem vel controuersiam, de iure vel de facto, in iudicio vel extra iudicium, racione vel causa <sup>/49</sup> nec alicuius partis nobis, Stephano et Anthonie,

legitime paterne et materne et supplementi eiusdem nec ego, Elisabet, ratione dotis et sponsalicii ac aliorum iurium ypotecarum mearum, que nobis et vtrique nostrum pertinent, super /<sup>50</sup> bonis dicti Narcisi Fetgo, viri et patris nostrorum, neque ex quacunque alia ratione, iure, modo siue causa; quin imo, cerciorate ad plenum de dictis et aliis iuribus nostris per notarium infrascriptum, sciens quod predicta per vos /<sup>51</sup> empta et cetera bona dicti Narcisi Fetgo, viri et patris nostri, vobis, pro euictione et ratihabitione predictorum, obliquata esse prius michi et ypothecata pro predictis et aliis iuribus nostris. Renunciando, quantum ad hec, nos, /<sup>52</sup> dicti Stephanus Fetgo et Anthonia, dictis parti, hereditati et legitime nostre paterne et materne et supplemento eiusdem dotique et sponsalicio et aliis iuribus nostris nobisque pertinentibus in predictis per vos emptis /<sup>53</sup> et in hereditate et aliis bonis parentum nostrorum etiam vobis, dicto emptori, et vestris in hiis successoribus, quoad hec, ex pacto, remittimus. Renunciamus, quoad hec, nos, Elisabet Fetgona et Anthonia, filia /<sup>54</sup> dictorum coniugum, beneficio Velleyani senatus consulti, in fauorem mulierum introducto, et in simul omni alii iuri, vsui, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus seu repugnare vallentibus quouis modo. Et, /<sup>55</sup> vt predicta omnia et singula, in presenti instrumento contenta, maiori gaudeant firmitate, non vi nec dolo, sed sponte, iuramus nos, Narcisus Fetgo et Elisabet, vxor sua, Stephanus Fetgo et Anthonia, filia dictorum /<sup>56</sup> coniugum, in animas nostras, per Dominum Deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus nostris corporaliter gratis tacta, predicta omnia et singula, quantum vtrique nostrum tangunt, attendere et complere, tenere et obseruare /<sup>57</sup> rataque, grata et firma semper habere et in nullo contra facere nec venire aliquo iure, causa vel etiam ratione. Virtute cuius iuramenti, nos, Stephanus Fetgo et Anthonia, eius soror, asserimus esse minores viginti /<sup>58</sup> quinque annorum, maiores, vero, sexdecim. Super quibus promittimus contra predicta non facere nec venire. Renunciando beneficio minoris etatis restitutionis in integrum postulando et omni alii iuri, vsui, rationi /<sup>59</sup> et consuetudini contra hec repugnantibus. Hec, igitur, que et prout dicta sunt supra et omnia et singula, facimus, pacissimus, conuenimus et promittimus nos, dictus Narsisus Fetgo, venditor, Elisabet, eius vxor, Stephanus /<sup>60</sup> Fetgo et Anthonia, filii dictorum coniugum, consencientes, scilicet, vterque nostrum as-se dicta et promissa vobis, dicto Iohanni del Casso, alias Molins, emptori, et vestris necnon et notario infrascripto, tanquam publice /<sup>61</sup> persone, pro vobis et vestris et pro aliis etiam personis omnibus, quarum interest et intererit, recipienti et pacissenti ac etiam legitime stipulanti.

Actum est hoc, vicesima prima die mensis febroari, anno a Na- /<sup>62</sup> tiuitate Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

S+num Narcisi Fetgo, venditoris predicti, s+++na domine Elisabet, vxoris dicti Narcisi Fetgo, Stephani Fetgo et Anthonie, filii /<sup>63</sup> dictorum coniugum, qui predicta firmamus, laudamus et iuramus.

/<sup>64</sup> Testes huius rei sunt: discretus Iohannes Folques, presbiter et vicarius de Serdayola, et Bernardus Lorens, dicte parrochie.

/<sup>65</sup> Yo, Plegamans de Marimon, senyor del castell y terma de sent Marsal, ferm, per rao /<sup>66</sup> de senyoria, seus y altres drets a mi y als meus per tostemps saluats.

## MANUSCRIT 20

1515, febrer, 21

*Narcís Fatjó, de Cerdanyola, amb el consentiment de la seva muller Elisabet i dels fills Esteve i Eulàlia, ven, pel preu de vint lliures barceloneses, a Joan del Casso, àlies Molins, de Caune (França), però resident a Cerdanyola, el mas Bariscà o Portell o mas Roca, situat al terme del castell de Sant Marçal, el qual fou de Joan París i es troba sota domini del benifet o altar de la Preciosíssima Sang de Nostre Senyor Jesucrist de l'església de Sant Cugat del Vallès i de Bernat Guerau de Marimon, als quals es paga un cens anyal de vint sous.*

*A. Original: APMCFM, doc. 20. Pergamí, 320 × 530 mm.*

*Estat de conservació: Deficient, amb estrips al llarg del plec horitzontal superior i zones amb tinta atenuada.*

*Not. dors.: [Narcís Fatjó ven lo mas Bariscà o Portell o mas Roca [á Joan del Casso] (a) Molins á 23 fabre de 1515. N<sup>o</sup>. 7. N<sup>o</sup>. 25.*

<sup>1</sup> In Dei nomine. Nouerint vniuersi quod ego, Narcissus Fetgo, parrochie sancti Martini de Sardanyola, termini castri sancti Marcialis, diocesis Barchinone, gratis et ex mei certa sciencia, per me et omnes heredes et futurum successores meos quoscunque, vendo et, ex causa vendicionis, concedo <sup>2</sup> vobis, Iohanni del Casso, alias Molins, cultori, parrochie de Cauna, diocesis de Achs, regni Francie, nunc, vero, conmoranti in parrochia sancti Martini de Sardenyola, diocesis Barchinone, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totum ipsum mansum antiquitus vocatum mansus de Barisca siue Portell seu man- <sup>3</sup> sus Rocha, qui fuit Iohannis Paris, cum pecia terre, in qua dictus mansus est fundatus et cum omnibus et singulis aliis terris, honoribus et possessionibus ac nemoribus, tam cultis quam heremis et tam in montanibus quam in planis fundatis et constitutis eiusdem mansi ad ipsum [spansum] <sup>4</sup> ..... .. pertinentibus ac spectantibus, cum introhitibus et exitibus et aliis iuribus et pertinens suis. Quem mansum et alia predicta, que ego habeo et possideo in dicto termino castri sancti Marcialis et teneo, per beneficium seu altare Preciosissimi Sanguinis Christi, in ecclesia sancti Cucupha- <sup>5</sup> tis Vallensis institutum, eiusque beneficium, nomine ipsius altaris, et honorabilem dominum Bernardum Geraldum de Marimono, militem et dominum dicti castri sancti Marcialis et sub dominio et alodio ipsorum altaris et dicti Bernardi Geraldi de Marimon, comuniter et pro diuiso, ad <sup>6</sup> censum viginti solidorum monete Barchinonis, anno quolibet soluendorum in festo Natalis Domini. Et terminatur dictus mansus seu pecia terre, in qua fundatur, simul cum aliis terris et possessionibus eiusdem, que contigue sunt: ab oriente, partim cum honoribus mansi Caluet et, partim, cum <sup>7</sup> honoribus mansi Buil; a meridie, cum honoribus mansi de-n Paner; ab occidente, partim, cum honoribus dicti de-n Paner et, partim, cum honoribus mansi de-n Rapina et, partim, cum tenedone mansi Sabater, quem, cum alio instrumento, die presenti, in posse notarii infrascripti, recepto, vobis <sup>8</sup> vendidi; et, a circio, partim, cum honoribus dicti mansi Caluet et, partim, cum quodam ..... .. Fetgo et, partim, cum honoribus dicti mansi Sabater. Et spectant predicta, que vobis vendo, ad me, dictum Narcissum Fetgo, titulo emptionis facte per me ..... [et id pre-] <sup>9</sup> .... .. tanquam heredi Iohannis Paris, qui predicta emerat ab honorabili [Petro Marra.] ....., ciue Barchinonis, ut de ipsa emptione per me facta plene constat instrumento predicto inde acto in parrochia sancti Stephani de Ripollete, dicte diocesis, nona die mensis nouembris anno <sup>10</sup> a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo decimo, ..... scriptum, die et anno, quo supra, vt in dicto instrumento lacius continetur. Hanc, autem, vendicionem et, ex causa vendicionis, concessionem facio ego, dictus Narcissus Fetgo, vobis, dicto Iohanni <sup>11</sup> del Casso, alias Molins, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, sicut melius dici potest et intelligi, ad vestrum vestroumque saluamentum et bonum etiam intellectum. Et extraho predicta, que vobis vendo, de iure, dominio et posse mei et meorum eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque ius, dominium et posse <sup>12</sup> mitto ... irreuocabiliter ... pleno iure, ad habendum, tenendum ... semper et in sana pace perpetuo possidendum. Et, inde, vestras vestrorumque voluntates libere faciendum, sine contradictione et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscunque persone ..... <sup>13</sup> ... .. [si volueritis, vos et vestri possessionem ... seu quasi, predictarum, que vobis vendo, et in ea possessione vos et vestros facere existere [et] perpetuo possidere vel possitis et valeatis vos aut vestri, si volueritis, firmato, tamen, primitus [instrumento] ..... <sup>14</sup> ..... cum per vos aut vestros aprehensa fuerit, vigore hoc verbo et iuris dispositione, tantum valeat et tantum obtineat roboris firmitatem, quantum valeret et obtineret, ac si per me esset vobis ..di- <sup>15</sup> ... .. [illum] de iure possidere, cuius nomine possidetur. Interim, donec dictam possessionem vobis tradidero vel vos aut vestri eam aprehenderitis, vt est dictum, fateor et constituo me predicta, que vobis vendo, pro vobis et vestris, vestro et eorum nomine, tenere et possi- <sup>16</sup> [dere] ... .. Preterea, ex causa huiusmodi vendicionis, do et mando vobis, dicto

emptori, et vestris, omnia iura omnesque actiones reales et personales, mixtas, vtiles et directas, ordinarias et extraordinarias et alias etiam quascunque michi competencia et competentes competereque debencia et debentes /<sup>17</sup> in predictis, que vobis vendo et contra quascunque personas et res, racione et occasione eorumdem. Quibus iuribus et actionibus supra dictis possitis vos et vestri et quos volueritis vt, agere et experiri, agendo, scilicet, respondendo, deffendendo, excipiendo, proponendo et replicando et omnia et singula alia facien- /<sup>18</sup> do et libere exercendo in iudicio et extra iudicium quemcumque et quemadmodum ego facere poteram ante huiusmodi vendicionem iuriumque accionum cessionem et possem nunch et etiam postea quodcumque. Ego, enim, facio et constituo vos et vestros et quos volueritis in hiis dominos et procuratores vt in /<sup>19</sup> in rem vestram propriam, ad faciendum inde vestre libitum voluntatis. Saluis, tamen, in et super predictis, que vobis vendo, dicto censu viginti solidorum ac dominio et fatica triginta dierum, laudimio siue tercio et alio quocunque iure predictorum altaris et eius beneficiati et dicti etiam honorabilis Bernardi Geral- /<sup>20</sup> di de Marimon. Precium, vero, predictorum, que vobis vendo, est viginti librarum monete Barchinonensis. Et, ideo, renunciando legi, qua deceptis vltra dimidiam iusti precii subuenitur et exceptioni doli mali et actioni in factum et omni alii iuri, vsui, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus /<sup>21</sup> seu repugnare facientibus quouis modo. Dono, scienter, et remitto vobis, dicto emptori, et vestris, donacione pura et irreuocabili inter viuos, si quid predicta, que vobis vendo, plus modo valent aut a modo valebunt precio supra dicto. Insuper, conuenio ego, Narcissus Fetgo, et bona /<sup>22</sup> fide promitto vobis, dicto Iohanni del Casso, alias Molins, emptori, et vestris quod predicta, que vobis vendo, simul cum omnibus melioramentis et augmentis, que vos et vestri ibi feceritis, faciam vos et vestros et quos volueritis habere, tenere et in sana pace, perpetuo, possidere contra omnes personas. Quodque tenebor vobis /<sup>23</sup> et vestris semper de firma et legali euictione et legitima defensione eorumdem. Et etiam iuxta pactum inter me et vos inhitum et conuentum in hunc modum: Quod, si forsitan aliqua vel alique persone, aliquo vnquam tempore, facerent, proponerent vel mouerent aut interpretarent contra, vos vel vestros /<sup>24</sup> in hiis successores, actionem aliquam, questionem, petitionem vel demandam, littem vel controuersiam, de iure vel de facto, aut alias quouis modo, in iudicio vel extra iudicium, in predictis, que vobis vendo, aut aliqua eorum parte vel racione aut occasione eorum, conuenio et bona fide promitto /<sup>25</sup> vobis, dicto emptori, quod in continenti, cum inde a vobis vel vestris ego vel mei fuerimus requisiti, opponam me et opponent se defensionem vestri et vestrorum in hiis successorum. Et quod respondebo et satisfaciam respondebuntque et satisfacient, pro vobis et vestris, cuilibet inde querelanti seu querelantibus. Et /<sup>26</sup> ... .. et suscipere in se totum onus littigii. Et agam et ducam agentque et ducent ipsas causam seu causas meis et ipsorum propriis sumptibus, missionibus et expensis, [si qu]. ... .. /<sup>27</sup> ... .. et vos valeatis ipsam causam seu causas agere et ducere per vos ipsos et hoc sit in electione vestri et vestrorum. Ego, enim, remitto vobis et vestris, ex pacto necessitatem denun[ciandi] ... .. /<sup>28</sup> ... .. causam seu causas agere per vos ipsos, conuenio et promitto vobis quod ego et mei restituemus soluemus et emendabimus restituentque et emendabunt vobis et vestris, ad vestram et eorum voluntatem [libere faciendam ... /<sup>29</sup> ... [quorum interest et intererit que circa] littem seu lites [...] totum id quicquid a vobis et vestris euictum fuerit de premissis fiunt, cum omnibus dampnis, missionibus, sumptibus et interesse ..... /<sup>30</sup> ... .. quouis modo, siue obtineatis in causa seu causis siue etiam subcumbeatis in eisdem. Et quod, alias, super predictis, seruabo vos et vestros penitus sine dampno. Super quibus, quidem, missionibus, sumptibus, dampnis et inte- /<sup>31</sup> [resse], ... credatur vobis et vestris, vestro et eorum plano et simplici verbo, nullo alio probacionum genere requisito. Et, pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, tenendis et obseruandis, obligo vobis /<sup>32</sup> [omnia et singula] bona mea, mobilia et immobilia, vbique habita et habenda. Ad hec, nos, Elizabet Fetiona, vxor dicti Narcissi Fetio, Stephanus Fetgo et Eulalia, filius et filia dictorum coniugum, consentientes, /<sup>33</sup> [approbantes], ratificantes et confirmantes predictam vendicionem et omnia et singula in ea contenta, de predictis, et obligacionem eciam per ipsum factam de omnibus bonis suis pro euictione et ratihabitione predictorum Ioan[ni del Casso /<sup>34</sup> alias Molins] ... et omnia et singula alia supra dicta et eisdem obligacioni ach ven-

dicioni ach aliis supra dictis express consencientes, prout melius et plenius superius continetur, gratis et ex certis nostris scienciis, conuenimus et bo[na fide] /<sup>35</sup> promittimus vobis, dicto emptori, et vestris in hiis successoribus, sub bonorum nostrorum omnium obligacione, quod contra predicta vel aliquod predictorum nunquam veniremus (*sic!*) nech in predictis per vos emptis nunquam faciemus vel veniemus, proponemus vel moue- /<sup>36</sup> [bimus, imfer]emus] seu imferri faciemus nech consenciemus nech imferent per vos vel vestros successores in predictis ach, racione aliqua, questionem, petitionem vel demandam, litteram vel controuersiam, de iure vel de facto, in iudicio vel /<sup>37</sup> extra iudicium, racione vel occasione alicuius partis legitime paterne et materne et supplementi earundem; nech ego, Elizabet, racione dotis et sponsalicii et aliorum iurium ypothecarum nostrarum, que nobis et nostrum pertineat /<sup>38</sup> ... [vestri] dicti Narcissi Fetgo, viri et patris nostrorum ach ex quacunque alia racione, iure, modo vel causa. Quin immo, cerciorate ad plenum de dote et aliis iuribus nostris per notarium imfrascriptum, scientes predicta per vos empta et /<sup>39</sup> cetera bona dicti Narcissi Fetgo, viri et patris nostrorum nobis pro euiccionem et ratihabitionem predictorum, cum nihil prius et ypotheca, pro predictis et aliis iuribus nostris, renunciamus nos, dictus Stephanus Fetgo et Eulalia, filia dictorum parentum, /<sup>40</sup> et hereditati nostre paterne et materne et supplementi earundem dotique et sponsalicio et aliis iuribus ypothecarum seu obligacioni virorum nostrorum patris et matris nostrorum et aliis iuribus nostris nobisque pertinentibus in predictis /<sup>41</sup> per vos emptis in hereditate et aliis bonis parentum nostrorum, que omnia vobis, dicto emptori, et vestris in hiis successoribus, ex pacto remittimus. Renunciamus nos, dicte Elizabet et Anthonia, filia dictorum coniugum, beneficio Velley- /<sup>42</sup> ani senatus consulti in fauorem mulierum introducti et omni alii iuri contra hec repugnanti. Et, vt predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate, non vi nech dolo, sed sponte, iuramus in animas [nostras], /<sup>43</sup> per Dominum Deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula supra dicta rata, grata et firma semper habere, tenere et obseruare et in aliquo non contra facere [vel venire /<sup>44</sup> aliqua causa] vel etiam racione. Virtute cuius iuramenti, nos, dicti Stephanus Fetgo et Anthonia, eius soror, [actinus] esse minores XXV<sup>e</sup> annorum, maiores, vero, XVI<sup>m</sup> annorum promittimus vobis quod contra predicta non v[eniamus nec faciemus] /<sup>45</sup> ... nec] ex quacunque causa. Renunciando beneficio minoris etatis, restitutionis in integrum et omni alii iuri his obuianti. Hech, igitur, que et prout dicta sunt supra, facio, paciscor, conuenio et promitto ego, dictus Narcissus Fetgo et Elizabet, /<sup>46</sup> vxor, Stephanus Fetgo et Anthonia, filii dictorum coniugum, vobis, dicto Iohanni del Casso, alias Molins, emptori, et vestris necnon et notario imfrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et vestris et pro aliis etiam personis omnibus, quarum interest et inte- /<sup>47</sup> rerit, recipienti et paciscenti ach etiam legitime stipulanti.

Actum est hoch vicesimo primo febroarii, anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

S+num Narcissi Fetgo, venditoris predicti, qui hec laudo et /<sup>48</sup> firmo.

Testes huius rei sunt: discretus Ioannes ...-ches, vicarius de Serdanyola, et Bernardus Lorens, dicte parrochie.

*/<sup>49</sup> Yo Plejamans de Marimon seynor del castel y terma de sent Marsal ferm per dret de senyoria sens y al- /<sup>50</sup> tres drets a mi y als meus per tos temps saluats. Ego frater Petrus de Uilalba benefisiat de Corpo[re] Christi /<sup>51</sup> firmo.*

## MANUSCRIT 21

1518, gener, 20

*Guillem Cabanyes, de Cerdanyola, fa testament, on nomena marmessors (un d'ells, el seu fill Macià), els quals pagaran els deutes i injustícies, la sepultura, novena i cap d'any i un seguit de petites donacions del testador a*

*diferents altars i temples per a celebració de misses; finalment, institueix hereu universal el seu fill Macià i demana que les pensions degudes del dot de la seva muller li siguin pagades a aquest hereu.*

*A. Original: APMCFM, doc 21. Pergamí, 390 × 350 mm.*

*Estat de conservació: Regular, sobretot als marges dret i inferior, afectats pels rosegadors.*

*Not. dors.: Testament de Guillem Cabañas á 20 de jane de 1518 en poder del vicari de Sardunola. Testament de Guillem Cabañas. N<sup>o</sup>. 4.*

<sup>1</sup> In Christi nomine. Amen. Qui sola pietate neminem vult perire, imo omnes salvat, custodit et ad optata Paradisi gaudia feliciter per- <sup>2</sup> ducit, idcirco, ego, Guilhermus Cabanyas, parrochie sancti Martini de Serdanyola, diocesis Barchinone, in infirmitate detentus, [de qua <sup>3</sup> me] mori timeo morte corporali, in meo, tamen, bono sensu plenaque memoria et firma loquela persistens, meum condo, facio et <sup>4</sup> ordino testamentum seu vltimam meam voluntatem, in [quo] eligo et pono manumissores meos et huius mei vltimi testamenti executores, <sup>5</sup> absque, tamen, ipsorum dampno et suorum bonorum periculo, videlicet: Mascianum Cabanyas, filium meum, iam dicte parrochie sancti Martini <sup>6</sup> de Serdanyola, et Paulum Caldes, parrochie sanctorum martyrum Corneli et Cipriani Vallisdorege, et Bernardum Mateu, parrochie beate Marie <sup>7</sup> de Barbarano, omnes dicte parrochie, diocesis Barchinone; volens etiam eos ut carius possum, rogans quod, si me mori contigerit, omnes dicti ma- <sup>8</sup> numissores mei hoc meum testamentum seu hanc vltimam meam voluntatem compleant et exequantur, prout in hoc <sup>9</sup> meo testamento scriptum ach etiam ordinatum invenerint. In primis, namque, et ante omnia, comedans animam meam Altissimo Creatori, <sup>10</sup> volo et mando quod omnia debita mea, que debeam, et omnes iniurie, ad quarum tenear restitutionem, in die obitus mei, post obitum meum, de bonis meis, <sup>11</sup> simpliciter, de plano, secundum Dominum Deum et bonum forum anime mee, compleant, pro[ut] probari poterint, per testes uel instrumenta aut alia <sup>12</sup> legitima documenta. Post hec, accipio de bonis meis, pro anima mea et parentum meorum et animarum omnium fidelium defunctorum, videlicet, [quatuor] <sup>13</sup> libras Barchinonenses seu monete Barchinone, de quibus volo fieri sepulturam, novenam et capud anni bene et honorifice, ut moris est <sup>14</sup> in dicta parrochia sancti Martini de Serdanyola, ad cognissionem dictorum manumissorum meorum, et sint presbiteri tot [quot] ipsi manumisso- <sup>15</sup> res mei voluerint, tam in die no[ue]nali quam in die capitis anni. Eligo, namque, sepulturam meam corpori meo siue cadaveri in ci[mite-] <sup>16</sup> rio sancti Martini de Serdanyola, vbi meos assuetum est sepeliri. Item, volo et mando quod, in die nouenali et in die capitis [anni], <sup>17</sup> detur caritas panis, ad portam ecclesie, amore Dei, et quod dicta caritas accipiatur de aliis bonis meis et non de illis quatuor libris [ad] <sup>18</sup> cogniscionem dictorum manumissorum meorum. Item, volo et mando quod celebretur vnum trentenarium sancti Amatoris in ecclesia sancti Mar- <sup>19</sup> tini de Serdanyola, per rectorem seu per vicarium, qui nunch est uel erit tempore illo, et volo dentur pro caritate triginta et tres soli- <sup>20</sup> dos amore Dei. Item, dimitto, in quoliet altari dicte ecclesie sancti Martini, quod celebretur vnam missam et, pro caritate, detur <sup>21</sup> vnum soludum, pro qualiet missa, amore Dei. Item, dimitto cuilibet vacino assueto dicte ecclesie quatuor denarios. Item, dimitto <sup>22</sup> beate Marie Montis Sarrati vnum soludum pro vna missa celebratura. Item, beate Marie de Vosco vnum solu(u)dum pro vna missa <sup>23</sup> celebratura. Item, dimitto beate Magdalena de Corberia novem soludos pro novem missis celebraturis. Item, dimitto cui- <sup>24</sup> liuet manumissori meo quinque soludos, ratione manumissorie. Item, volo et mando quod, si dicte quatuor libre non suffice- <sup>25</sup> rent ad complementum dictarum legatarum, volo accipiatur de aliis bonis meis et, si aliquid fuerit, distribuatur in missis uel in <sup>26</sup> causis piis, ad cogniscionem dictorum manumissorum meorum, in dicta ecclesia sancti Martini de Serdanyola. Item, volo et mando <sup>27</sup> quod Petrus filius colloquetur, secundum possibilitatem domus, ad cogniscionem perentum, tam ex parte matris quam ex parte pa- <sup>28</sup> tris, in casu nuptiarum. Item, facio memoriam et recognosco, de dote vxoris mee, quod debentur omnes illas pensiones, de illa <sup>29</sup> cantitate michi assegurata seu firmata, ut aparent in scribania aut notaria Terrasse; quas dictas pensiones volo solvan- <sup>30</sup> tur heredi meo, qui est

uel pro tempore erit; de quibus pencionibus recognosco seu confiteor habuisse vnam eixadam; omnes alias penciones michi debentur. /<sup>31</sup> Item, de omnibus aliis bonis mobilibus et immobilibus, habitis et habendis, presentibus et futuris, instituo et michi heredem vniversalem, videlicet, Ma- /<sup>32</sup> scianum, filium meum, Cabanyas et, si dictus Mascianus Cabanyas, filius meus, michi heres non erit uel erit aut deffecerit absque libe- /<sup>33</sup> ris de legitimo matrimonio procreatis, in tali casu, instituo et michi heredem vniuersalem omnes alios filios meos seu filias meas, /<sup>34</sup> de gradu ad gradum, sicut venerint, de primo ad vltimum, et sich de singulis; et, si omnes filii mei et filie me[e] deffecerint absque liberis de legitimo /<sup>35</sup> matrimonio procreatis, in tali [casu], instituo et michi heredem vniuersalem illud propinquiorem de genere meo. Et hech est vltima mea vo- /<sup>36</sup> luntas, quam volo valere iure testamenti, que, si non valet iure testamenti, saltim volo valere iure codicillorum; et, si non valet iure codicil- /<sup>37</sup> lorum, volo valere de iure, quo melius valere poterit aut tenere. Item, volo et mando quod tradantur translata de dicto testamento, quot /<sup>38</sup> fuerint requisita, per notarium infrascriptum, saluo suo iure.

Actum est hoch in parrochia sancti Martini de Serdanyola, diocesis Barchinone, die /<sup>39</sup> vicesima mensis ianuari, anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo decimo octauo.

Sig+num meum, Guilhermi Cabanyas, predicti /<sup>40</sup> testatoris, qui hoc firmo et laudo.

/<sup>41</sup> Testes huius testamenti vocati et rogati sunt, videlicet: Bernardus Masip et Anthonius Prats, omnes habitantes /<sup>42</sup> in dicta parrochia sancti Martini de Serdanyola, diocesis Barchinone.

/<sup>43</sup> Sig(signe)num mei, Iohannes Folquer, presbiterii et uicari sancti Martini de Serdaiolla et notari publici termini castri sancti Mar- /<sup>44</sup> sialis, pro discreto Trauis Martorello, rectore dicte heclesie, qui excrubi fesi alia manu et clausi.

## MANUSCRIT 22

1522, febrer, 10

*Eufrasina Fatjó, filla de Joan Mas, de Santa Perpètua de Mogoda, i muller d'Antoni Fatjó, difunt, de Sant Martí de Cerdanyola, fa testament, on nomena, entre els marmessors, el seu fill Joan, ordena el pagament de deutes i restitució d'injustícies, vol ser sepultada a la tomba familiar a Sant Martí de Cerdanyola, fa donacions per sepultura, novenari, cap d'any i trentenari de Sant Amador, així com per misses a diversos altars i temples. I acaba enumerant la sèrie d'hereus possibles, començant pel net Lluís Joan, i seguint pels nets Joan, Antoni, Pere, Gabriela, el fill Joan, pare dels suara esmentats, o, en fi, la filla Beneta, casada a Montornès.*

*A. Original: APMCFM, doc. 22. Pergamí, 300 × 530 mm.*

*Estat de conservació: Acceptable, malgrat diversos forats.*

*Not. dors.: Testamen de Francesca (sic) Fatjo á 10 febrer de 1522 en poder de Llorens Guillamot notari de Granollers. Á 6 febre de 1538. Testament de Francesca Fatjo y Mas 1522.*

/<sup>1</sup> In Christi nomine. Qui, sua solita pietate, neminem vult perire, [immo, in se] et cuius sacratissima Passione firmam habentes spem, saluat et custodit et ad peroptata Paradisi gaudia feliciter perducit. Idcirco, ego, \Eu/fracina Fatgona, filia Iohannis Mas et /<sup>2</sup> domine Anthonie, eius vxoris, parrochie sancte Perpetue de Mogoda, vxorque domini Anth[onii F]atgo, quondam, parrochie sancti Martini de Sardanyola, Barchinonensis diocesis, infirmitati corporali detenta, de qua me mori timeo morte corporali, in meo, tamen, bono et pleno sensu, sana et integra /<sup>3</sup> memoria firmaque loquela persistens, meum facio, condo et ordino testamentum, in q[uo . . . ] pono et eligo manumissores et huius mei vltimi testamenti exequutores, videlicet: Iohannem Fatgo, filium meum, parrochie predictæ sancti Martini de Sardanyola, Saturninum [Torrens], /<sup>4</sup> generum, et Benedictam, eius vxorem, filiam, meos, parrochie sancti Saturnini de Monte Tornesio. Quos,

